

LECTORI.

Tú ne vago diræ stupeas enigma resectum.
Sphingis ab Oedipode, seu fors ita favit, amico
Seu Genio, fretus seu mentis acumine solvit?
Næ tibi collatis pateat si, quanta resedit
Vis numeris, quales nodos dissolvere, ditis
Naturæ quantos valeant aperire recessus,
Commendes Samij numeris tribuentia tantum
Dicta Sophi. Verúm simul hæc horrenda latebra
Multiplici, fædoque situ squallentia pridem,
Lumine jamque novo radiantia recta subibis,
Mira repenté palam facies arcana, nec ulli
Dævus eris: medio velutique sopore beatus
(Si bené apud memorem steterit te gratia facti)
Notitiæ, dices, hujus me iudice palmam
SALIGNACE feres: mihi tu cum lampade clara es
Cimmeriis dux in tenebris. Quasi nocte sub atra
Nempe diem reseras. Sic illustrata labore
Namque tuo prodit, dici vt te vindice, quondam
Quæ falsi meruit, mereat jam regula veri.

A. C. R.

Crescit agitata virtus.

B. S. A.